SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA
Italien (?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 125v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



.L.

proximi non solum sunt amandi affectu. Sed
requirendi cum ope et effectu. Grues magne aues
sunt mutuo se amantes coniter in societate viuen-
tes simul ordinate uolantes. sil' terram peten-
tes simul quiescentes et coem uitam sub uno
Rege ducentes. In quo docent quales familie esse
debent unum prem coem habentes. Grues etiam ita
fundate sunt in amore. Quod si contingat eos bellum
inter se gerere et se mutuo depilare vix bello fi-
nito ad pristinum reparantur amorem. Et si qua earum
a societate errauerit uociferando alias querit. In
quo docemur ppter aliquam aliquam rixam non dimit-
tere amicorum beniuolenciam. Sed nutibus et verbis
uocibusque quere dilectionem uerbis uel factis dimit-
tere offensam nec aquerendo cessare donec fuerit
reinuenta quia nec grues querere socias cessant donec
eas inueniant. Sicome aues note hominibus amice
miro ad seipsas feruntur amore. Vnde a pullis
suis mirabili affectione pascuntur in senectute.
Est enim illis nimia dilectio circa pollos. Et ideo quantum
ponunt tempus in filiis educandis tantum ab eis ut
ambrosius dicit uiceuersa educantur a filiis. Quod
si homines facerent magnam mercedem apud deum
acquirerent. Sed quis ista hodie facit. Cignus
alba auis inter pisces uiuit et tamen pisces non
comedit. Immo sic eos diligit quod si quis panem
uel aliquid sibi proiecerit. Ipse pisces se sequentibus
derelinquit. In quo nos ad elemosinam instruit.
Passeres parue aues valde suam spem diligunt mu-
tuo sibi in necessitate succurrunt et filios aliarum
sollicite pascunt. In quo docent miseris subue-
nire et pauperes enutrire. Vppupa auis immunda
tristis a capiete exeuntibus galeata cum ad se-
nectutem ueniunt ut uolare et uidere non possit pul-
li eius amore commoti pennas inualidas eis abstra-
hunt et a quibusdam succis herbarum oculos liniunt